



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

De Volcis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13059

400 Pap. Mass. descr. Francia-
lem gravitate Caprasium, veteribus
sanctis parem. Hæc nunc habet sanctos
senes illos, qui divisis cellulis Egy-
pti patres Galliis nostris intulerunt.
Quos ego illic, Jesu bone, Sancto-
rum cætus conventusque vidi?

DE VOLCIS.

Volcæ Cæsari Strabonique ge-
nerale nomen significant
continentque Tectosages, & Arc-
comices. De illis Ausonius:
*Usque in Tectosages primævo nomi-
ne Volcas.*

*Hannibal jam Rhodano propin-
quans, propè tamen quatrivari itinera
à mari cum exercitu distans transfre-
tare quàm celerrime festinabat, ut
Polybius ait lib. 3.*

Postea Livius Decadis tertie l. 1.
*Hannibal, ait, cæteris metu pacatis
aut precio jam in Volcarum pervenerat
agrum gentis valida, colunt autem cir-
ca utramque ripam Rhodani & diffusi.
Agri arceri Pœnum posse ut flu-
men pro munimento haberent om-*

nibus ferme suis trans Rhodanum
trajectis vltiorem ripam amnis
obtinebant

CAMARIA INSVLA.

IN Rhodano insula est, Carii Ma- *Iste de*
Irii nomen ferens, quæ Camaria *Comar-*
corruptè ab incolis dicitur, meliùs *gue.*
loquuturi si Camariam pro Ca-
merga dicere maluissent. Ea se-
ptem provinciales leucas ample-
ctitur, frumentoque, pabulo, fru-
ctiferis arboribus, aliisque ad vi-
ctum necessariis rebus abundat.
Postremò pars Rhodani mare ap-
petens duas insulas facit, vnam sa- *Iste de*
linarum, quæ Pequensium dicitur, *Pequais-*
aliam Marticarum multò spatio- *et de*
siorem, & sponte illi cedentem, *Marti-*
in qua salinæ penitus admirandæ *gues où*
visuntur. In epistola Senatoris ad *font les*
Tribunos maritimorum hæc verba *salines.*
invenio : *Nemo est qui salem non*
desideret invenire. Meritò, quando
isti debet omnis cibus, quod potest esse
gratissimus. Claudius Rutilius Nu-

Francia
n. veteribus
abet sanctos.
ulis Egi-
intulerunt.
e, Sancto-
idi?

IS.

onique ge-
gnificant
es, & Arc-
ius:
novo nomi-

no propin-
ridui itineri
s transfre-
inabat, vt

tertia l. v.
metu pacatis
pervenerat
at autem cir-
ani & diffis.
osse vt flu-
perent om-